



Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

In II. III. IV. Præceptum De Juramentis, Votis, Observatione Festorum, & Jejuniorum, ac obligatione Pietatis & Observantiæ erga Majores: Charitate & Misericordia erga proximum. Pars III.

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Approbationes Theologorum Ordinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60022)

Approbationes Theologorum Ordinis.

APPROBATIO I.

ET hunc *Tractatum Tertium in II. III. & IV. Præceptum Decalogi* M. V. P. PATRITII SPORER, Ordinis FF. Min. Recoll. Prov. Argent. tertio Diffinitoris & Lectoris Jubilati accuratè perlustravi, & attentè perlegi. Et quia nihil in eo Fidei Catholicæ dissonum, nihil à rectis Christianisque moribus devium reperire potui; proin iisdem prærogativis, quibus *Tractatus* priores (quibus hic claritate styl, brevitate, ac turæ doctrinæ soliditate maxime propinquus) lucem publicam in utilitatem studentium, & animarum Paſtorum non exiguum levamen aspiciere meretur.

Ita censeo

Passabij die 6. Julij anno 1686.

F. LUCHESIUS MANGOLT,
ejusdem Ordinis ac Conventus Passav. p. c.
SS. Theol. Lector Ordin.

APPROBATIO II.

ET hæc *Tertia Pars Theologiæ Moralis super Decalogum, in specie super II. III. & IV. Præceptum, de Juramentis, Votis, Observatione Fæstorum &c. &c. à M. V. P. PATRITIO SPORER, SS. Theol. Lectore Jubilato &c. conscripta, quia sacram fidem, aut sacros mores ne in minimo offendit, sed doctrinam moralem, more suo, clarissimè pertractatam continet, merito pro utilitate publica lucem publicam aspiciat, Ex Conventu nostro Salisburg. 1686.*

F. RODERICUS SCHNABL,
Ord. Min. Recoll. Provinc. Argent. in præfato
nostro Salisburgensi Conventu SS. Theol. Lector Ordin.

AP.

APPROBATIO III.

Legi ac relegendi iteratò ac attentè hunc *Theol. Moral. Tractatum III. in II. III & IV. Præceptū Decalogi*, à M. V. P. PATRITIO SPORER, Ord. FF. Min. Recoll. Almæ nostræ provincie Argent. Lectore Jubilato laboriosè conscriptum; qui cum Orthodoxæ Fidei, & bonis moribus contrarium nihil contineat; in *Juramentis* Nomen Domini nullibi in *vanum*, sed in sanum ubique præclatè assumat; *Vota* ad votum explicet; Diem Sabbathi pulchrè sanctificet; & *Jejunis*, succinctè quidem, non tamen jejuned, sed optimè observeat; *Majores*, ac patrem & Matrem honorare egregiè doceat, planè dignus est, ut in communem utilitatem sit *longævus super terram*; ideòque omnium oculis, & manibus pro merito plurimum commendetur. Ita censeo, in *Conventu nostro Salisburgensi* 17. Julij, 1686.

F. DEMETRIUS WIDMAN,
ejusdem Ordinis & Provincie in præfato Sa-
lisburg. Conventu SS. Theol. Lector Ordin.

APPROBATIO

*Reverendissimi & Metropolitanici Consi-
storij Salisburgensis.*

EX mandato Reverendissimi Consistorij perlegi *Tractatum tertium Theologiæ Moralæ super Decalogum de Juramentis, Votis, Observatione Fæsterum, & Jejuniorum, ac Obligatione pietatis, & Observantia erga Majores, Charitate & Misericordiâ erga proximum, Authore M. V. P. F. PATRITIO SPORER Pallavien. Ord. FF. Min. Recoll. Prov. Argent. SS. Theol. Lect. Jubil. editum; & in eo nihil à regulis moris, aut orthodoxâ fide devians repeti, typis proinde dignum censeo.*

JOAN. JULIUS de MOLL,
Provinc. Austriacus, Celsiss. & Re-
verendiss. Princ. & Archiep. Salisb.
Consiliar. Consistor. & Canon. B.
M. V. ad Nives-